

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Seyphus nestoris. Emblema CII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Scyphus Nestoris.  
EMBLEMA CII.



**N**ESTOREVM geminis cratera hunc accipe fundis,  
 Quod grauis argenti massa profudit opus.  
 Clauiculi ex auro, stant circum quatuor anse:  
 Vnamquamque super fulua columba sedet.  
 Solus eum potuit longaeuus tollere Nestor.  
 Maonida doceas quid sibi Musa velit?  
 Est caelum, scyphus ipse: colorq; argenteus illi,  
 Aurea sunt caeli sidera clauiculi.  
 Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas:  
 Umblici gemini magna minorq; fera est.  
 Haec Nestor longo sapiens intelligit usu:  
 Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.

## COMMENTARI I.

**I.** **H**VIVS Emblematis pictura satis ex subsequentibus constabit. Nempe Nestor vir senex & grauis, scyphum tenēs argentum, duobus fundis, aureis clauiculis, & quatuor ansis præditum, super quas singulas aurea sedet columba. Cæteratum editionum scyphus, me iudice, accommodatior est, ansa enim & duplex fundus hic vix ac ne vix quidem apparet.

**II.**  
Nestoris  
crater.

**POCVLIN** Nestor rei descriptio ex Homero sumpta est. Quid verò ea compositio significet, ex Athenæo. Homeri interpretes memorat, Nestorem, quamquam senex admodum esset, poculum sustulisse, cū cæteri iuniores vix à mensa tollerent. Sic habet Homeri locus:

Πάρ δ' ἰσπίτας περικαλῆς ἑδεκοθεν ἦν  
ὁ γεραιός

Χρυσέτης ἠλοισί πεπαμένον ἕα τὰ δ'  
αὐτῷ

Τίσσαρ' ἔσαν. θίαυὶ δὲ πελειάδες ἀμύση  
ἔκασον

Χρῦσση νεμίδ' ἦτο, δῖα δ' ὑποπυθμίνες  
ἦσαν.

Ἄλλε μὲν μοχλὸν ἀποκινήσασκε τρα-  
πίδι

σλείων δ' ὄν. Νίσσαρ δ' ὁ γέρον ἀμοχρῆτι  
ἄσπευ.

Quem sic vertebat Franciscus Sanctius:

Est pulchram iuxta phialam, quam duxerat  
aureis

Transfixam clavis longæuis: quatuor ansa  
Huic inerant: gemina circum unamquam-  
que columba

Ex auro ardebant: geminis erat abditæ  
fundis.

Hanc, si plena foret, magno conamine quis  
quam

**Athenæus** Verba porro Athenæi ad hunc ferè modum se habet: Nestoris poculum quatuor aures, vt Homerus testatur, habebat; quod ita Poeta descripsit, vt cœli faciem representaret. Argentum enim, quo tantum poculum confectum erat, cœli colorem indicat; clavi aurei, stellas; Pelhades, quæ circum aures erant, Pleiades referebant (Peliadas siquidem sæpe pro Pleiadas posuerunt Poeta) vt Simonides & Pindarus testantur, per transmutationem literæ. Et quando Homerus *πελειάδες*, id est, columbas inducit Ioni ferètes ambrosiam, de Pleiadybus,

non de columbis est intelligendum. Hæc breuiter ex longissima Athenæi disputatione, quem vide Dipsosiphist. 10 c. 12. sed maximè 13. libri 12. Quædam non penitendæ lectionis adnotauit de illo cratere Nestoreo Cornélius Vitellius Annotationibus in Georgium Merulam.

**GEMINI** fundis] Meminit huius poculi, vt & columbarum, Marualis lib. 8. Epigram. in Euctum:

Hi duo longæuis censentur Nestore fundi.

Pollico de Etyio trita columba nitet.

Quod grauis argenti] crater factus è malsa argentea. Circumlocutio, qua nimirum Nestoris scyphum commendat à materia.

Stant circum quatuor etc.] Quatuor, inquit Alciatus, ansas seu aures habebat poculum, & totidè columbas: sed Athenæus sex ponit columbas, *Qua*, vt inquit Ouid. in Fastis, septem dici, sex tamen esse solent. Vide igitur num Alciatus facit memoria lapsus.

Fulua columba] Fuluam, auream interpretor, ne quis ad colorem simpliciter referat.

Potuit longæuis tollere Nestor] Sic enim Homerus:

Vix alij plenum poterant sustollere mensæ  
Poculum, at ipse senex Nestor facile abstulit illud.

De Nestore, eiusq; ætate diximus satis Emblem. 25.

Mœnida] Homeri. Cur autem Homerus dicatur Mœonides, dictum est Emblemate 4.

Est cœlum etc.] Tribus distichis sequentibus continetur ἰσπίδιον, vel vt melius dicam, poculi ἰσπίδος.

Scyphus ipse] σκύφος masculinum est & Scyphus neutrum, flexu item variante, vt est auctor Athenæus. Diciturq; vt ipse putat, Scyphos quasi Scythos, à Scythiis, quibus ebrietas nimio plus frequens est: proinde Scythiis are, inebriari est. Vide de hoc non nihil in adagio, *Episcythiis are*. Est porro scyphus vas ligneum rotundum, lac ferūque capiens, Herculi dicatum, vt cætharus Baccho. De scyphis & varijs poculorum generibus vide quæ memoria prodidit Iohann. Brunerinus de re cibaria lib. 3. c. 9. Cælius Rhodig. lib. 27. cap. 27. Guido Pancirollius

III.

Alciati  
lapsus.

Scyphus

Scythiis  
are.

rossius de rebus memorab. lib. 2. tit. 2. de Porcellanis.

Pleiades.

*Pleiadas esse putant*] Columbae representant Pleiades, numero tamen non observato. Pherecydes tradit septē sorores fuisse, Lyncurgi filias ex Naxo insula. Et quia Libeum educaverunt, eas à Ioue inter sidera fuisse relatas. Harum nomina patantur, Celeno, Sterope, Merope, Alcynoe, Magna, Taygeta, Electra. quarum septima (vt ait Aratus) vix cerni potest, propterea quidam existimant vocatam Electram. Sunt qui pudore occulasse se dixerint, quòd cum aliae Dijs nupsissent, sola Electra nupsit mortali. Alij, quòd illa non tulerit spectare ruinas Troiae, manumq; ante oculos opposuerit. Lege Ouid. 4. Fastot. Proclus verò Diadochus in Hesiodum, septem tradit Atlantis filias, ex Pleione Nympha genitas, vnde sit Pleiades appellata; ceterum non esse has aliud intelligit, quàm *δυνάμεις ἀγγελικὰς τὰν ἐπὶ τῷ σφαιρῶν*. id est: *Angelicas septem sphaerarum vires*. & Celeno quidem sphaera Saturnia, Steropen Iouis, Meropen Martis, Alcynoen Venenis, Maiam Mercurij, Taygetam Lunae, Electram (quam à spatis criminibus etiam Comeren nuncupant, etiam Maiæ hoc tribuit Arati interpretis) Solis. Vide Cael. Rhodigin lib. 16. c. 16. Seruius; Pleiades, inquit, signum est septem stellarum ante genua Tauri, quòd ortu tuo primè navigationis tempus ostendit. Vnde Græcè *πλειάδες* dicuntur, ἀπὸ τῶ πλεῖν. *navigatione*. Latine dicuntur Vergiliae, à veru temporis significatione, quo oriuntur Plin. lib. 2. cap. 4. Gellius lib. 13. cap. 9. Fit hæc dictio aliquando tetrasyl. liba. Propertius:

Quid significent.

*No hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Oriō. Interdum e litera abiecit, & dicitur Pleiades. Sat. 1. Silu. Nec per cō. Reges Hyades, Pleiadamque niuofum*

Vergilia.

*Sidas.*  
*Vmbilici gemini*] sic ego lego per syncope, vt fiet metrum.  
*Magna minorq; sera est.*] Hemistichion Ouidianum ex lib. 4. Trist. Eleg. 3.  
*Magna minorq; sera: quarum regie alteræ Graias,*  
*Alteræ Sydonias, vtraq; sicca, rates.*  
Vrsam maiorem siue Elicen, & minorem siue Cynosuram intelligit, quæ Græcis ercti dicuntur, suntq; Septentrionali polo ve-

Vrsa dux flex.

lut axe quodā mixæ, & arctico circulo clausæ, sicq; dispositæ, vt resupinata vtraq; caput alterius contegat: cuius autem caput quæ superior est, ad inferioris caudam contendat. De his Ouid. Fastorum 4. Vrsarum fabulam verò Metamorph. 2. Habet ergo sidus illud figuram similem plautri, vnde antiqui Græcorum *ἀυάξαν*, hoc est *plautifrum* dixerunt. Noltri quoq; à bobus iunctis Septentriones appellauerunt, hoc est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Gellius lib. 2. cap. 21.  
*Longo vsu*] longa exercitatio & experientia doctrinam parat certissimam, potissimū quæ ad disciplinam astronomicam longa obseruatione opus est. Vide proceibium.  
*Affidua stilla saxum excavat.* vbi auctor hoc ad assiduitatem refert, quòd hic Alcæus ad Astrologiam tetulit. Vt melius senserit, ego pedaneus iudex non decido. Vtramq; sententiam elicies ex Arhenæo.  
*Bella gerunt fortes etc.*] Collatio est dissimilium: qui corpore sunt firmo & valenti committunt prælia, atque inter se dimicant: sapiens verò rapitur & ducitur ad rerum cælestium cognitionem. Ars enim est longi vsus & obseruationis, quæque plus potest in rebus arduis, quàm robusti corporis vires.  
*Callidus astra tenet*] iuxta illud: *Sapiēs dominabitur astris.* Dicitur autem callidus, qui callum longo artis vsu sibi induxit, auctore Donato. Callidus rerum iudex, apud Horatium 2. Sermon. pro prudenti & intelligenti rerum aestimatore.  
HOMERVS in Nestore, sene eloquentissimo & consultissimo, typum sapientiae representat: cuius patera geminis fundis, argentea, clauiculis aureis, quatuor ausis, & sub harum quaq; sedens columba, cœlum & pulcherrimum astrorum ornatum significabat. Nam crater, cui sit color argenteus, clauiculis aureis, cœlum refert purissimum, & stellas aurei coloris: colubæ sunt Pleiades: duo vmbilici, vtraq; Vrsa. Hoc igitur schemate Astronomiam tacitè commendabat, quam quidem solus sapiens & apprime exercitatus ingenio potest assequi, vt solus Nestor suum poculum manu ferre poterat. De huius pulcherrimæ artis excellentia plura repetere licet ex Plinio varijs locis, sed potissimum lib. 7. cap. 37. quem vide; nos properamus.

Callidus.

IV. Nestoris crater.

Que